

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod in peccato possunt multa considerari, ex quibus peccatum gravatum trahere potest; et contingit quod illud peccatum quod secundum unum est gravius, secundum aliud levius inveniatur. Illud tamen simpliciter gravius considerandum est quod secundum plura et potentia gravius invenitur, et praecipue secundum speciem peccati: quia quantitas consequens speciem peccati, est peccato essentialior quam quae circumstantias peccati sequitur. Secundum hoc ergo dicendum, quod peccatum Adae quantum ad hoe gravius alii fuit quod minori tentatione pulsatus cecidit, et quod facilius resistere potuisse; sed quantum ad speciem peccati, et quantum ad alias circumstantias, quae peccatum magis exaggerant, multa graviora peccata sunt secta.

Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum, quod hoc fuit per accidens quod majorem laesione intulit, ex hoc scilicet quod naturam integrum invenit; unde non sequitur quod gravius ceteris fuerit, quia hoc idem etiam sequentia peccata, fessit, si talem naturam invenissent; sicut et secundum peccatum mortale gratia non privat, quia eam non invenit; sed privaret, si inveniret.

Ad tertium dicendum, quod poena peccati Adae duplice dicitur. Una quae debetur sibi in quantum est quoddam singulare peccatum et personale; et sic multi alii peccatis gravior poena debita fuit. Alia quae debetur sibi indirecte ratione infectionis originalis peccati ex ipso creatae, et sic maxima poena ipsum primum peccatum secuta est. Sed gravitas hujus poenae non commensuratur quantitate primi peccati ut fuit quoddam personale peccatum, sed secundum quod corruptum naturam.

Ad quartum dicendum, quod quamvis gratia excedat naturam, tamen quia potentia naturalis est qua substantiam actus administrat (qui ex gratia informatur), ideo defectus naturalis boni magis excusat peccati actum quam etiam carentia gratiae: gratia enim non elevat hominem ut statim elicit actum intellectus deiformis, quod tamen Angelus ex natura habet: et ideo magis facit ad irremissibilitatem peccati superioritas naturae quam excessus gratiae. Causa tamen quare peccatum Angelii est irremissibile, et non peccatum hominis, supra, in tractatu de Angelis, dicta est.

Ad quintum dicendum, quod sicut homo per se gratiam amittere potest, ne tam per se potest gratiam recuperare, quia gratia virtutem naturae exedit; ita etiam homo potuit integratam innocentiae amittere, quae conditionem naturae excedebat ut dictum est, nec tam potuit eam recuperare nisi ille qui supra naturam erat: nam gratia quae postmodum Adae reddita creditur, non nisi ad actus personales se extendebat; unde naturam in illud quod supra se est, elevere non poterat, scilicet in originalem justitiam, et impossibilitatem, quae supra conditionem principiorum naturae humanae erat.

ARTICULUS III.

Urum Adam in statu innocentiae potuerit peccare venialiter. — (1-2, qu. 89, art. 5; et de Malo, qu. 7, art. 7.)

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod Adam

in primo statu venialiter peccare potuit. Dispositio enim praecedit perfectionem. Sed veniale est dispositio ad mortale. Ergo videtur quod prius venialiter quam mortaliter peccaverit.

2. Praeterea, liberum arbitrium se habet ad opposita, et praecipue si confirmatum non sit. Sed liberum arbitrium hominis in primo statu confirmatum non erat. Ergo sicut poterat non peccare venialiter, ita etiam poterat peccare venialiter.

3. Praeterea, quecumque potest id quod plus est, potest illud quod minus est. Sed plus est peccare mortaliter quam venialiter. Cum ergo potuit peccare mortaliter, potuit peccare venialiter.

4. Praeterea, mortale peccatum magis repugnat rectitudini et gratiae, quam peccatum veniale. Sed rectitudine innocentiae non impedit quin mortaliter peccare posset. Ergo multo minus impedit quin etiam venialiter peccaret.

5. Praeterea, impossible est quod aliquis credat vel aestime illud de cuius contrario certus est. Sed Adam, ut dicit Augustinus (1), credit peccatum quod ipse committeret, veniale esse. Ergo ipse ne sciebat se non posse venialiter peccare. Sed si non potuisset, scivisset se non posse; quia hoc nobilitatis in eo erat; et inconveniens est nos habere nobilissimos habitus, qui nos lateant (2). ut Philosophus dicit in 2 Poster. (cap. 18). Ergo Adam venialiter peccare.

6. Si dicatur, quod non potuit peccare venialiter, quia non poterant inferiores vires averti nisi prius ratio superior averteret; contra. In ratione superiori non tantum est peccatum mortale, sed etiam veniale. Ergo potuisset deordinatio aliqua in superiori ratione fuisse per veniale peccatum, sicut et quando aliquis aliquem motum infidelitatis sentit.

Sed contra, peccatum veniale in nobis causatur ex proritate ad peccandum, et ex quadam impulsione carnis corruptae. Sed hoc totum per peccatum secutum est. Ergo videtur quod ante mortale peccatum, veniale peccatum esse non potuit.

Praeterea, parvum motivum non movet magnam virtutem. Sed veniale peccatum parvum habet motivum, in quo appetitus non ut in fine quiete. Ergo cum virtus humana in primo statu esset fortissima, videtur quod per veniale peccatum moveri non poterat.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est, talis erat primi status rectitudine ut superior pars rationis Deo subiectetur, cui subiectur inferioris vires, quibus subiectur corpus; ita quod prima subiectio erat causa secundae, et sic deinceps. Manente autem causa, maneat effectus; unde sicut quondam homo erat subditus Deo, nihil in corporis partibus contingere poterat contrarium animae; ita etiam nihil in viribus animae contingere poterat quod superior ratio non ordinaret in Deum. Quod autem in Deum recte ordinatum est, veniale peccatum non est: et ita veniale peccatum in primo statu contingere non poterat, sicut nec mors, nisi prius ordo mentis ad Deum tolleretur; quod sine ratione fieri non potuit.

Ad primum ergo dicendum, quod duplex est dispositio. Quaedam est quae necessaria est ad esse eius ad quod disponit: et haec semper praecedit illud ad quod disponit, sicut calor formam ignis.

(1) Lib. 14 de Civ. Dei, cap. 11 (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Ali. et nos latentes.

Quaedam vero dispositio ordinatur ad facilitatem ejus ad quod disponit: quod quidem sine ea esse potest, sed non ita de facili, sicut quod ligna servandunt oleo, ut inflammantur citius; et sic veniale peccatum est dispositio ad mortale.

Ad secundum dicendum, quod Adam in primo statu habebat liberum arbitrium ad peccandum venialiter; sed hoc non poterat in actu exire, nisi prius peccaret mortaliter. Et ratio huius dicta est. Vel potest dici, quod comparando liberum arbitrium ad objectum suum, confirmatum non erat; sed comparando unum ordinem ad alium, habebat quandam confirmationem, ut scilicet inferior ordo superiorem inviolabiliter sequeretur.

Ad tertium dicendum, quod differt in potentius activis et passivis: quia in potentius activis, quod potest in plus, etiam in minus potest; ut qui potest ferre centum libras, potest etiam ferre decem; in potentius autem passivis est e converso: qui enim potest pati a parvo, potest etiam pati a majori, ut si aliquis potest vinci ab uno, potest etiam vinci a duobus; sed non convertitur: et talis potentia est potentia peccandi: qui enim peccat, a peccati sui concupiscentia vineatur.

Ad quartum dicendum, quod rectitudine originalis iustitiae intantum repugnabat culpae mortali ut simul cum ea esse non posset; tamen culpa mortaliter quae ei opposita erat, ipsam privare poterat. Venialis autem culpa nec privare iustitiam originaliter poterat, cuius principium erat in ordine superioris partis in Deum, a quo veniale peccatum non separari, nec simul poterat cum ea esse propter ordinem inferiorum sub superiori.

Ad quintum dicendum, quod Adam eti poterare non posset venialiter, tamen poterat de hoc certus non esse: quod enim habitus nobilissimi nos non lateant, intelligitur de habitibus cognitivae partis, de quorum perfectione certitudo est; non autem de habitibus affectivae, qui latent, ut in caritate patet. Et praeterea si scivisset in universali, poterat in particulari non considerare. Vel melius dicendum, quod veniale dicitur tripliciter: scilicet veniale ex genere, ut verbum otiosum; veniale ex causa, ut quod ex infirmitate vel ignorantia geritur, quod excusabilitatem quendam habet; et est veniale ex eventu, sicut culpam praecedentem mortalem confessio sequens veniale facit, ut Ambrosius (1) dicit, quia relinquunt reatus temporalis

(1) Colligitur ex ejus libro de Paradiso, cap. 14 (Ex edit. P. Nicolai).

poena. Cum ergo Augustinus dicit, quod credit peccatum esse veniale, intelligitur veniale ex causa, quod quandoque etiam mortale est simpliciter.

Ad sextum dicendum, quod sicut in parte intellectiva speculativa, suprema pars est quae principi per se notis inheret; ita in ratione practica suprema pars est quae fini adhaeret, quia finis in operabilibus est sicut principium primum indemonstrabile in speculativis, ut in 6 et 7 Ethic. (cap. 9) Philosophus dicit: et haec pars non potest deordinata esse nisi per peccatum mortale, quod finem contrarium ponit. Ab ordine autem huius partis totus ordo originalis iustitiae dependebat; et ideo nisi prius mortaliter peccasset, nulla inordinatio in eo esse potuisset.

Expositio textus.

Diabolus per serpentem tentabat, in quo loquebatur. Modus quo Angeli boni vel mali in assumptis corporibus loqui possunt, supra, dist. 8, qu. 1, art. 4, tacetus est.

Serpens dictus est esse callidior. Videtur hoc esse falsum: quia quodecumque animal diabolus assumpsisset, eamdem calliditatem habuisset, si propria calliditate astutus non erat, ut ipse subdit. — Sed dicendum, quod in his quea visibiliter gerentur, ea quae non videntur, intelligi poterant. Serpens autem eti astutus ad nocendum homini spiritualiter ex se non haberet, habet tamen astutiam ad nocendum sibi corporaliter; unde astutia exterior serpantis astutiam spiritualem daemonis designat; et ideo callidior aliis animalibus dicitur propter astutiam daemonis, qua movebatur, per quem et diabolus designabatur.

*Sicut per energum et phanaticos. Energumeni dicuntur quasi interius laborantes ab *en* quod est in, et *ergo* quod est labor. Phanatici dicuntur ex hoc quod in fanis, vel templis idolorum a daemones responsa accepient. Sed utrumque hic pro arreptis a daemone accipiatur.*

Avaritia immoderata habendi cupiditas. Hoc quod hic dicitur de avaritia, non est intelligendum de ea secundum quod est speciale vitium, unum de septem capitalibus; quia sic non differt a superbia, quae est appetitus immoderatus proprie excellentiarum; sed sumitur hic avaritia prout est generale vitium ad omnia peccata, quae in appetitu quorumcumque bonorum naturalium consistunt, ut curiositas, superbia, et hujusmodi, ut distinguunt Augustinus (11) super Genes.

D I S T I N C T I O X X I I .

De origine illius peccati (1).

Hievidetur diligenter investigandum esse, quae fuerit origo et radix illius peccati. Quidam putant, quandam elationem in animo hominis praecessisse, ex qua diabolus suggestione consenserit. Quod videtur Augustinus invere (super Genesim, lib. 12, cap. 3), ita dicens: « Non est putandum quod homo ne deinceps, nisi praecessisset in eo quedam elatio consermata, ut per humilitatem peccati secretum qualem falso de se praeumperit, et quod non bene se habet natura, si a faciente recesserit. Item in eodem lib. cap. 50: » Quo-

modo verbis tentatoris crederet mulier Deum se a re bona et utili prohibuisse, nisi inesse ejus menti amor ille proprie potestatis, et de se superba praeumpsum? Quae per tentationem fuerit convinenda, aut perimenda (1). Denique non contenta suscione serpentis, aspergit lignum bonum eum, decorum aspectu: nec credens se inde posse mori, forte putavit Deum afejeus causa significationis illud dixisse. Ideo comedet, et dedit viro suo, fortassis cum aliqua snaione, quam Scriptura intelligendam relinquit. Vel forte non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir. » (Et cap. 27); « Sic ut ergo non est permisus

(1) Al. deest titulus.

(1) Nicolai reprimenda.

diabolus tentare feminam nisi per serpente, ita nec virum nisi per feminam; ut sicut praeceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diabolus tentatio per mulierem ad virum transiret. (1).

Quod alter locutus est diabolus in muliere quam in serpente.

In muliere vero, quas rationales erat, non est ipse locutus ut in serpente, sed persuasione ejus; quanvis instin-
ctu adjuvaret interius quod per serpente gereret exterior. Ex praedictis tentationis modis atque progressus insinuatione non etiam quod praediximus, immo videtur, scilicet quod tentationibus praecesserent quadam elatio (2) et praeumptione in mente hominis.

Objecio contra illos qui dicunt, elationem praecessisse in mente.

Quod si fuit, non igitur alterius suggestione prius (3) peccavit; cum auctoritas tradat, ideo peccatum diaboli incutibile esse, quia non superesse, sed propria superbia cecidit, et ideo per silium quia non per se sed per alium Augustini verba peritum ac diligenter lectorem efflagitant, quia si intelligere same quinque. Non deperiret homo, scilicet in actu illius peccati, ut scilicet lignum vetum ederet, et in his miseras per tentationem diabolus, et si clavis tio comprimenda praecessisset, non utique tentationis, sed opus peccati. Tali enim fuit ordinis processus. Diabolus tentando dixit (Gen. 3, 5): « Si comederis, eritis alios dii, scientes bonum et malum; quo auditio, statim mali-
lieris subspicit etiam, et amor proprieas potestatis: ex quo placit ei facere quod diabolus suadebat; et utique fecit. Suggestione igitur peccavit: quia tentatio praecessit, ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, et poena peccati.

Quae fuit elatio mulieris.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, quia creditit, et voluit habere similitudinem cum aquilata quadam, putans illud esse verum quod diabolus dicebat: et ideo speculator mulierem commemorat Augustinus inquis (ubi supra): « Quomodo credet mulier diabolu, nisi esset in mente ejus de se perha praeumptione? Et quod ibi sequitur, scilicet « Quae per tentationem fuerat convincenda, vel perimenda (4) » ad mulierem referendum est; ut intellegatur, quae mulier, non quae elatio, fuerat per tentationem convincenda, vel perimenda.

Quae fuit elatio viri: an crediderit et voluerit quod mulier.

Soleit quatuor, utrum illa talis elatio et amor proprieas potestatis in viro fuit in muliere. Ad quod dicimus, quia Adam non fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim pue-

(1) *Nicelai addit. sequentia.* Unde iterum Augustinus lib. 8 super Genes addit, cap. 17: « Merito queritur, utrum ho-
rus praeceptum viro tantum Deus decret, an etiam fe-
minae; verba enim Scripturae se habent: Et praecep-
tit dominus deus adam. Non dicit: Praecepit eis. Deinde
sequitur: De omni ligno quod est in paradyso edes. Non
dixit: Edatis. Deinde adjungit: De ligno autem cognoscendi
bonum et malum non manducabitis. Jam hic tamquam ad
ambas plurimal loquitur; et plurimal praeceptum terminat, dicens: Qua dea autem ederis ex eo, morte morie-
bitur. An sciens quod et facturus esset mulierem, ita prae-
cepit ordinatissime, ut per virum praeceptum dominii ad
feminam perverteret? Sed lib. 11, ut supra cap. 54:
« Et hoc sine ad aliquam pertinet significationem, quod
sicut praeceptum viro datum est, per quem veniret
ad feminam, ita vir prior interrogatur (post prae-
dicti transgressionem). Praeceptum enim a domino per
virum usque ad feminam; peccatum autem a diabolo per feminam usque ad virum. » Et iterum cap. 27: « Sed
in serpente diabolus ipse locutus est, utens eo velut or-
gano ad exprimende corporalia signa, per quae mulier
sudientes intelligere voluntatem. » Deinde nullo adhibicio
titulo (qui etiam in Magisteri texu ad marginem tantum habet)
statim subiectum. In muliere vero etc. »

(2) *Al. electio.*
(3) *Al. posterius.*
(4) *Nicolaus*, vel reprimenda.

tavit esse verum quod diabolus suggerebat. Ita eo tamen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale putaverit quod peccatorum erat. Sed non prior seductus fuit, nec in eo in quo mulier, ut crederet Deum illud lignum idcirco tangere prohibuisse, quia si tangenter, fierant sic ut. Vnde etiam praevaricator fuit Adam, nt testatur Apostolus. Potuit ergo aliqua elatio menti ejus inesse ille potest tentationem ex qua non nullum lignum vetum experiri, cum mulierem non videret portum, iesa illa recepta. Unde Augustinus super Genes, lib. 41, cap. 42: « Cum Apostolus, Adam praevaricatorum fuisse ostendat, dicens (Rom. 5, 14), In similitudinem praevaricationis Adae: seductum tamen negat, ubi sit (I Tim. 2, 14). Adam non est seductus, sed mulier. Unde et internatus non est: Mulier seduxit me, sed dixit: Dedit mihi, et comedet (Genes. 3, 12). Mulier vero inquit: Serpens seduxit me (ibid. 15). Hanc autem seductionem proprie vocavit Apostolus, per quam id quod suadebat, cum falsum esset, verum putatum est, (scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si testigunt, sicut deos futuros, tamquam eis divinitates invidebant, qui eos homines fecerat. Sed et si virum properat aliquatenus mentis elationem, quae Deum latere non poterat, sollicitavit aliqua expediti cupiditas, cum mulierem videret, accepta illa esca, non esse mortuam; non tamen cum arbitrari, si jam spirituali mente praeedita erat, illo modo credidisse quod diabolus suggerebat. »

Quis plus peccavit, Adam, vel Eva.

Ex quo manifeste animadversi potest, quia corrum plus peccaverit. Adum scilicet, vel Eva. Plus enim videtur peccasse mulier, quae voluit usurpare Divinitatem aequalitatem, et nimis praeumptione elata credidit ita esse futurum. Adam vero non illud credidit, et de pœnitentia et Dei misericordia cogitavit, dum uxori morem gerens, ejus persuasione consentit, noluit enim contristare et a se alienatum relinquere ne posset; arbitratus illud esse veniale, non mortale delictum. Unde Augustinus (ut supra): « Apostolus inquit (loc. cit.): Adam non est seductus: quod utique ita acipi potest, ut intelligentia non esse seductus, prior scilicet, vel ex quo mulier, ut scilicet credet, illud esse verum: Eritis sicut di. Sed putatis utique posses fieri, ut et uxori morem gereret, et per pœnitentiam vobis habaret. Minus ergo peccavit qui de pœnitentia in Dei misericordia cogitavit. Postquam enim mulier seduta manducavit, ei quod dedit ut simul ederent, noluit eam contristare, quam credebat sua sua solito contabescere, et a se alienum omnino interire: non quidem carnali virtus conspiciebatur, quam nondum senserat, sed amicabilis quidam benevolentia, quia plerumque fit ut offendatur Deus, ne offendatur aliud: quod cum facere non debuisse, divina sententia justus exonerat. Ergo alio quadam modo ipse etiam deceptus est. Inexperts enim divinae sententiae severitatem, in eo falli potuit, ut veniale crederet, esse commissum; sed dolo illi serpente, quo mulier seduta est, nullo modo arbitrarius illus potuisse seduci. » Ex his datu intelligi quod mulier plus peccaverit, in qua majoris tumoris præsumptio fuit. Quia etiam in se et in proximum et in Deum peccavit. Vir autem tantum in se et in Deum peccavit. Inde etiam colliguntur quod mulier plus peccaverit, quia gravius punia est: cui dictum est (Gen. 3, 16): « In dolore partus filiorum et sub vii potestate eris. »

Quod prædicta sententia adversari videtur.

Sed huius videatur contrarium quod Augustinus super Genes, lib. 41, cap. 35, do viro et muliere peccatum sum excausans ait: « Dixit Adam: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedet. Non dicit, peccavit. Superbia enim habet confusione deformitatem, non confessionem humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum, sed refert in alterum, dicens: Serpens decepit me, et comedet: impari sexu, sed pari fastu. » Ecce hic dicit Augustinus quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superberat, et pariter peccaverunt. Sed hoc ita determinari potest, ut dicamus parem utriusque fuisse fastum in excusatione peccati et in eu ligni vetili; sed dispares, et in muliere multo majorem, in eo quod creditur et voluit esse sint Deus, quod non vir. Verumtamen et de viro legitur quod voluit esse sicut Deus: dicit enim Augustinus super illum locum Psalmi 68: Quae non rapit, tunc exsolvabit: a Rapti enim Adam et Eva præsumens, ut diabolus, de Divinitate. Responde voluntur Divinitatem, et perdiderunt felicitatem. Item super illum locum Psalmi (40): Deus, quis similis tibi? « Qui per se vult esse ut Deus, perverse

vult esse similis Deo; ut diabolus, qui noluit sub eo esse, et homo, qui ut servus noluit teneri præceptor; sed voluit ut nullo sibi dominante esset quasi Deus. » (1). Item super illum locum Epistolæ (ad Phil., cap. 2). Non rapinam arbitratus est esse se sequalem Dei: a Quia non usurparit quod sum non esset, ut diabolus, et primus homo. »

Quorumdam sententia quod Adam amberit esse ut Deus sed non credit esse possibile.

Ideo quibusdam videtur quod Adam amberit esse sicut Deus, non tamen id creditus possit fieri, et ideo falso esse quod diabolus promittat, cognovit, et licet divinitatis aequalitatem conciperit, non tamen adeo exarist, nec tantum ea est appetitus ambitionis, sicut mulier, quia illud possit fieri, et ideo magis illud ambiendo superbavit. Virum autem aliquam forte ambitionis subtrepit movit, sed non ita ut illud pataret verum vel possibile fore. Alii autem videtur ideo dictum esse quod Adam illud voluerit, quia mulier de eo sumpta illud voluit, sicut, inquit, peccatum dicitur per unum hominem intrasse in mundum, id est in humanam natum, cum tamen mulier ante virum peccaverit, quia per mulierem intravit de viro factum. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere, si vir non peccasset, humanus genus minime peccatum corruptum periret. Minus ergo peccavit vir quam mulier.

Objecio contra id quod dictum est virum minus peccasse.

His autem opponi solet hoc modo. Tribus modis, ut at Isidorus (de summo Boni lib. 2, cap. 17) (2), peccatum geritur:

(1) *Nicolaus.* Vel si plenius: a Quis ipsa illa vult esse similius Deo ad illum stet, fortitudinemque suam, sicut scriptum est (Psalm. 58), ad illam custodiad, non illi regedat, et coherendo signatur tamquam ex annulo cara: illi affluit habeat imaginem ejus; vere custodit similitudinem ad quam factus est. Porro autem si perverse voluerit imitari Deum, ut quomodo Deus non habet a quo formetur et regatur, sic ipse velut sua potestate ut, ut (quomodo Deus) nullo formative vivat, nullo regente agat quod vult; quid restat nisi in ab eo deficiens quod incomparabiliter est, in deteriori mutatus deficit? Hoc diabolus neque fecit. Imitari Deum voluit, sed perverse; non esse sub illus potestate, testate, sed habere contra illum potestatem. Homo autem positus sub peccato auditivus a Domino, Noli tangere. Quid? Han arborum. Ut inferior: « Quare autem tegit? Quid illi debeat ut tangere? Nisi quia sua potestate ut voluit, ut nullo sibi dominante fieret sicut Deus, quia Deo nullus utique dominatur. » Item tract. 17 in Joan. sub finem: « Qui se vult aequaliter facere Deum, cum non esset, eccl. et ex Angelo, factus est diabolus, et haec superbiens homini propinavit, unde ipse dejectus est. Christus autem acquisit Patri natus erat, non factus, natus de substantia Patris; unde illi dominus commendat Apostolus (ad Phil., cap. 2): Non rapinam arbitratus est esse aequaliter Deo. Quid autem? Non rapinam arbitratus est? Non usurparit quod aequaliter Dei, sed erat in illa in qua natus erat; quod idem est ad hoc dicitur: Quia non usurparit esse. »

(2) Sive sententia lib. 2, cap. 2, §. 5. Sed hoc ipsum ex Gregorio lib. 23 Moral., cap. 11, quo ad priora verba mutatus est, ubi tamen studio positum est pro industria,

scilicet ignorantia, infirmitate, et industria: et gravius est infirmitate peccare quam ignorantia, graviusque industria quam ignorantia. Eva autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seduta fuit; Adam vero ex industria, quia non fuit seductus, ut Apostolus ait. Ad quod dicimus quia licet Eva in hoc per ignorantiam deliquerit quod putavit verum esse quod diabolus suadebat; non tamen in hoc vix noverit illud Dei esse mandatum, et peccatum esse contra agere, et ideo ex eis cura peccato ignorantis non potuit. Est enim ignorantia, quae excausat peccantem et est ignorantia, quae non excausat. Est autem ignorantia vinclibus, et ignorantia invincibilis. Excusatio omnis tollitur, ubi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia, quae excausat et quae non.

Est autem ignorantia triplex: eorum scilicet qui scire non possunt, quae non excausat, quia et ipsa peccatum est; et eorum qui volunt sed non possunt, quae excausat, et est poena peccati, et non peccatum; et eorum qui quasi simpliciter nesciunt, non voluntes vel proponentes scire, quae nonnullum plene excausat sed sicut fortasse ut minus puniat. Unde Augustinus ad Valentinum (seu de Grat. et lib. Arbitr., cap. 2 et 5): « Eis infraferunt excausatio qui mandata Dei nonoverunt, quam soleat habere homines de ignorantia. Et licet gravius sit peccare scienter quam nescienter, non ideo tamen confundendum est ad ignorantiam temeraris, ut in eis quisquam excausationem requirat. Aliud est enim nescire, aliud scire noluisse: quia in eis non intelligere nonverunt ipsa ignoranta peccatum est; in eis vero qui non nesciunt, non nesciunt, sed eorum qui tamquam simpliciter nesciunt, nullum sic excausat, ut aeterno igne non ardeat, sed fortasse ut minus ardeat. Non igitur mulier excausationem habuit de ignorantia; cum et mandatum nonoverit, et peccatum tum esse secus agere non ignoraverit. »

Unde processus consensus illius peccati, cum natura hominis excausatus incorrupa.

Soleit etiam querari, cum sine vita esset natura hominis, unde consensus malum processerit. Ad quod responderi potest usque ex libro arbitrio propria voluntatis fuit; et in ipso enim et in alio causa exstitit, ut ficeret deterior. In alio, quia in diabolo, qui suscit; in ipso, quia voluntate liberi arbitrii consenserit, et cum liberum arbitrium sit bonum, ex re utique bona malus consensus provenit; et ita ex bono malum manavit. De hoc autem in sequenti plenus tractabimus cum origine malorum, et in qua re coalescat, investigabitur.

An voluntas præcesserit illud peccatum.

Si vero queratur, utrum voluntas illud peccatum præcessit, dicimus quia peccatum illud et in voluntate et in actu consistit, et voluntas actum præcessit; sed ipsam voluntatem alla hominis voluntates mala non præcessit; atque ex diabolis persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodit quia justitiam deserit, et iniuriam inchoavit; et ipsa voluntas iniquitas fuit.

super illud Job 54: *Quasi de industria recesserunt a me, ubi septuaginta tantum legunt: Declinaverunt a lege Leui (Ex edit. P. Nicolai).*

Divisio textus.

Postquam determinavit principium humani causas ex parte tentatoris, hic determinat principium intrinsecum ex parte ipsius hominis peccantis, et dividitur in partes duas: in prima inquirit quod fuerit in homini primum peccatum, origo et radix peccatorum sequentium; in secunda inquirit quod fuerit principium illius primi peccati, ibi: *Soleit etiam queri, cum sine vita esset natura hominis; unde consensus malum processerit.* Prima dividitur in rationes eorum, ponentum superbiam in corde hominis etiam tentationem daemonicam præcessisse; secundo obiectum in contrarium, ibi: *Quod si ita fuit, non ergo alterius suggestione prius peccavit;* tertio determinat veritatem, ibi: *Quocirca prædicta Augustini verba pium ac diligenter lectorem efflagitant.*

S. Th. Opera omnia. V. 6.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit. Hie ostendit qualis fuerit elatio viri et mulieris; et primo qualis fuerit elatio mulieris; secundo qualis fuerit elatio viri, ibi: Solet queri utrum illa talis elatio et amor propriae potestatis in viro fuerit, sicut in muliere.

Ex quo manifeste animadvertis potest, quis eorum plus peccaverit. Hie concludit ex praedictis quod peccatum mulieris gravius fuit peccato viri; et primo ostendit propositum; secundo obicit in contrarium, ibi: Sed huic videtur contrarium quod Augustinus . . . ait. Quod autem peccatum mulieris gravius fuerit ostendit tripliciter: primo ex motu ad peccandum, quia ex majori superbia; secundo ex offensa, quia in plures peccavit, ibi: Quae etiam in se et in proximum et in Deum peccavit; tertio ex poena, quia gravius punita est, ibi: Inde etiam colligitur quod mulier plus peccaverit, quia gravius punita est.

Sed huic videtur contrarium quod Augustinus . . . de viro et muliere peccatum suum excusantibus ait. Hie obicit contra hoc quod dictum est: et primo ostendit aquale fusse peccatum; secundo ostendit peccatum viri fuisse gravius, ibi: Hic autem opponi solet. Circa primum duo facit, secundum quod duas auctoritates contra definita inducit. Secunda incipit, ibi: Veruntamen et de vero legitur quod voluit esse sicut Deus. Quaebat autem istarum partium dividitur in objectionem et responsionem.

Solet etiam queri, cum sine virtute esset natura hominis, unde consensus peccati processerit. Hie inquirit quod fuerit principium illius peccati; et dividitur in duas partes secundum quod duas mouet quaestiones; secunda incipit, ibi: Si vero queritur, utrum voluntas illud peccatum praecesserit, dicimus quia peccatum illud et in voluntate et in actu consistit.

QUAESTIO I.

Hie duo queruntur: Primo de peccato primi hominis. Secundo de ignorantia.

Circa primum queruntur tria: 1^o quod fuerit primum peccatum secundum genus; 2^o quid homo peccando appetit; 3^o quis plus peccavit, utrum vir vel mulier.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum primum peccatum hominis fuerit superbia.
—(1 p., qu. 65, art. 2; et 2-2, qu. 65, art. 4; et de Mal., qu. 8, art. 3.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod superbia non fuit primum hominis peccatum. Discredere enim verba divina peccatum infidelitatem est. Sed peccatum hominis ex hoc processisse videtur quod verba Dei diseredidit, vel de eis dubitavit, ut supra dictum est. Ergo primum peccatum hominis fuit infidelitas.

2. Praeterea, in spirituali aedificio primum fundamentum est fides, ut Hebr. 11 dicitur. Sed fidei oppositorum infidelitas. Ergo etiam in progressu perditionis humanae primum peccatum fuit infidelitas, et non superbia.

3. Praeterea, Rom. 5, 19, dicitur: *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, et loquuntur ibi de peccato primi hominis; per peccatum enim mors in mundum intravit.* Ergo primum peccatum est inobedientia.

4. Praeterea, species peccati determinatur ex motivo ad peccandum. Sed mulier mota fuit ad peccandum ex delectabili secundum gustum; unde dicitur Genes. 3, 6: *Videns ergo mulier lignum etc.* Cum ergo circa delectabile ad esum sit gula, videtur quod primum hominis peccatum sit gula.

5. Praeterea, promissio daemona mulierem ad peccandum instigavit. Sed daemon promisit perfectionem scientiae. Ergo ex appetitu scientiae peccavit. Sed immoderatus appetitus sciendi est curiositas. Ergo primum peccatum est curiositas.

6. Praeterea, quicumque non facit illud quod facere tenetur, peccat peccato omissionis. Sed tenet homo in tentatione conferre de praecipito injuncto: quia si contulisset, non peccasset. Ergo videtur quod peccato omissionis primo peccaverit.

7. Praeterea, primum peccatum hominis fuit radix et origo sequentium peccatorum. Sed, sicut dicitur 1 Timoth., ult., 10, *radix omnium malorum est cupiditas.* Ergo videtur quod primum peccatum fuit cupiditas, et non superbia vel elatio, ut in litera dicitur.

Sed contra est quod dicitur Ecli. 10, 13: *Initium omnis peccati superbia est.* Sed in primo peccato hominis omne peccatum initium sumpsit. Ergo primum peccatum fuit superbia.

Praeterea, diabolus tentans hominem, sui imitatorum conatus est reddere. Sed daemon per superbiem peccavit, ut supra dictum est. Ergo et homo.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod contingit quandoque in uno actu, plurimum peccatorum deformitates inveniri: sed illa deformitas est principalior et formalior, complens speciem peccati, quae ex principali motivo relinquitur, in quo ordinatur alia: quia finis est id quod primum cadit in voluntate, ex qua est origo peccati; et ex fine actus morales specificantur; unde Philosophus dicit in 3 Ethic. (cap. 5) quod si aliquis moechatur ut aicipti lucrum, magis avarus, seu injustus, quam moechus est. Secundum hoc dico, quod in primo peccato hominis multae deformitates apparent; unde Magister supra in eo notavit gulam, inanem gloriam, et avaritiam: propter quod unum peccatum multiplex potest dici; nihilominus tamen sunt omnia alia materialiter respectu superbiae: quia ad finem excellentiae consequentiae omnia ordinavit, sicut promissio daemoni ostendit quae ad peccatum instigavit, dixi enim: *Eritis sicut dii.* Genes. 5, 5. Et merito uthiusque peccatum, et daemonis et hominis a superbia (1) incipit, quia omnium aliorum peccatorum defectus aliquis occasio solet esse (2); sed vero superbia est quae fundamentum ex perfectione sumit; unde Augustinus dicit (in Regul. Monach.), quod etiam bonis operibus insidiatur ut pereant.

Ad primum ergo dicendum, quod non eredidit Deum falsum dixisse (hoc enim simpliciter infidelitatem fuisse), sed erediderunt forte alio modo intelligendum fore metaphorice, vel ad aliquid significandum esse (3) dictum. Vel dicendum, quod ex ipsa elatione (4) qua illud quod promitebatur appetebant, oculus mentis impeditus fuit ne actuauit.

(1) *Al. deest a superbia.*

(2) *Construe sic: omnium peccatorum occasio defectus aliquis solet esse.*

(3) *Al. deest esse.*

(4) *Al. electio.*

liter veritatem divini dicti attenderent, secundum quod omnis malus aliquo modo ignorans est. Sed talis ignorantia vel dubietas, etiam credendorum, infidelitatem non facit.

Ad secundum dicendum, quod ordo compositionis est contrarius ordini resolutionis: quia quod est primum in compositione, est ultimum in resolutione; et ideo non sequitur quod si fides est prima in compositione aedifici spiritualis, infidelitas sit prima in resolutione ejusdem.

Ad tertium dicendum, quod inobedientia duplum sumitur: quandoque enim est speciale peccatum, quando scilicet ex contemptu praecippii aliquis specialiter peccat; quandoque autem sumitur prout est conditio generalis consequens omni peccatum mortale: cum enim praecipuum legis actus omnium virtutum ordinet, consequens est ut quolibet vitium transgressionem annexam praecippi habeat, et inobedientiam: et sic dicitur (loc. cit.): *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi.*

Ad quartum dicendum, quod motivum gulare non fuit principale motivum, sed secundarium, et ordinatum ad aliud, ut dictum est.

Ad quintum dicendum, quod non peccavit mulier in hoc quod appeteret scientiam eorum quae ad ipsum non pertinebant, quia hoc curiositas fuisse; sed in hoc quod in scientia eminentiam desideravit, ut in hoc quodammodo Deo aequaretur.

Ad sextum dicendum, quod non tenebatur tunc conferre, quia etiam sine collatione poterat tentatione resistere. Vel dicendum melius, quod fuit ibi omissione, non prout est speciale peccatum, sed prout est consequens omne peccatum: in omni enim (1) peccato commune est hoc quod aliquis non facit quod in se est ad resistendum peccato, quod si facaret, non peccaret.

Ad septimum dicendum, quod cupiditas triplex est sumitur. Uno modo prout est speciale peccatum, et habet materiam specialem, scilicet bona ad usum vitae pertinentia, prout possidentur: et sic non est radix omnis peccati, nisi secundum quod infra Magister dicit, quod non est aliquod genus peccati quod non interduum ex avaritia oriatur. Secundo modo dicitur cupiditas, ut est generale peccatum, prout est immoderatus appetitus habendus quodunque, vel scientiam, vel possessionem, vel quolibet aliud: et hoc modo supra Magister dixit in primo peccato hominis esse avaritiam: et hos duos modos ponit Augustinus 41 super Genes. (cap. 15). Tertio modo, prout non est peccatum, sed radix peccati, prout dicit quodammodo prout non est appetitus ut inclinetur ad aliquid inordinate appetendum in actu. Et constat quod primo modo, ut cupiditas est speciale peccatum, homo ex avaritia non peccavit.

ARTICULUS II.

Utrum peccatum hominis fuerit hoc quod appetierit esse sicut Deus. —(1 p., qu. 65, art. 3; et 2-2, qu. 165, art. 2.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod peccatum hominis non fuerit in hoc quod appetit esse sicut Deus. Completa enim voluntas prudentis de impossibili esse non potest, et praecepit de

(1) *Al. deest enim.*

illo quod in apprehensionem non cadit. Sed aliquam creaturam esse sicut Deus est impossibile, nec intellectu capi potest. Ergo hoc modo non appetit, cum prudentiam et reliquias virtutes haberet, ut infra Magister dicit.

2. Si dicatur, quod non appetit esse sicut Deus per aequalitatem, sed per similitudinem, contra. Sic dicit Augustinus (1), amor est, corum quae habentur, sed appetitus eorum quae non habentur. Cum ergo homo in sua creatione ad Dei similitudinem factus sit, videtur quod hoc homo non appetit.

3. Praeterea, constat quod malum per experientiam Dei scire non potest. Sed scientia boni et mali intelligitur de malo per experientiam, quae prius erat per cognitionem tantum. Ergo videtur quod ex hoc quod appetit scientiam boni et mali, Dei similitudinem non affectavit.

4. Praeterea, Philosophus dicit 10 Ethic. (2), quod debemus nos in divina trahere quantum possumus: quia ipse nobis divina non invidet, ut quidam Poeta mentiebatur. Dionysius autem (3) et Augustinus (4) de Trinit., cap. ult.) dicunt quod ad Deum acceditur non loco sed similitudine. Cum ergo ad ipsum accedere debeamus, ut in Psal. 55, 6 dicitur: *Accedite ad eum, et illuminavimini, videatur quod non peccavit in hoc quod Dei similitudinem appetit.*

5. Praeterea, nullus peccat in appetendo illud quod naturaliter desiderat. Sed omnes homines, ut Philosophus dicit (in proem. Metaph.), naturaliter desiderant scire. Cum ergo non appetit divinam similitudinem nisi in scientia, ut verba serpentis ostendunt, videtur, quod in appetendo Dei similitudinem non peccavit.

6. Sed contra est quod in littera dicitur per Augustinum (super Psalm. 70 conc. 2): *Qui perverse vult esse sicut Deus, perverse vult esse similitudinem Deo, ut diabolus et homo.* Hoc etiam videtur ex improposito Dei, quod Genes. 5, 22 ponitur: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.*

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod homo quantum ad aliquid appetit esse sicut Deus: quantum vero ad aliquid non. Si enim *sicut* dicit aequalitatem in aliqua perfectione, sic homo noluit quod ipse haberet tantam scientiam vel potentiam vel bonitatem quam habet Deus: quia hoc ipsum impossibile et incoquibile est, sed quantum ad aliquem modum habendi voluit Deo parificari tam homo quam diabolus, ut scilicet eterne haberet perfectionem sibi datam, sicut habet Deus secundum aliquem modum; sed differenter: quia superbus angelus appetit talem aequalitatem in potestate, sed homo in scientia. Cujus ratio est, quia primus angelus inter alias creaturas excellentior erat; unde quodammodo ex ordine sue naturae influentiam super alias creaturas habebat. Voluit ergo dignitatem suae naturae innixus, ut ipse principium quoddam creaturarum sequentium existet et gubernationis et causalitytis cuiusdam modi, tamen

(1) Colligi potest ex ejus verbis super Psalm. 118, conc. 8 (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Quod priorem quidem partem de appetitu divinorum sive divini status ex cap. 7. Graeco lat. colligitur, vel antiqui cap. 41, et apud S. Thomam leet. 41: quo ad posteriorem autem de non inviditatem Dei ex cap. 2, lib. 1 Metaph., ubi poetam illum qui inviditam Divinitatem tribuebat, Simonides fuisse refert (Ex edit. P. Nicolai).

(3) De div. Nom. cap. 5 (Ex edit. P. Nicolai).

sub primo principio a quo suam potentiam recognoscet, sed hoc secundum dignitatem naturae sue adipisci praesumebat, non ex divino munere superaddito. Homo vero qui creaturis inferioribus superpositus erat, ut eas regeret, et eis uteretur, non tam per potentiam quam per prudentiam, hoc modo appetit ut per naturae sue conditionem et ligni prohibiti edulium tantam scientiae plenitudinem consequeretur ut ex lumine propria rationis (quod tamen a Deo sibi collatum esse credebat) et seipsum regeret in omnibus, et inferiora sibi subiecta. Unde Augustinus dicit (super Psal. 70, ubi sup.), quod noluit ut servus teneri praecepto quasi ab alia regula per lumen naturali lumini superadditum. Et hoc etiam verba serpentis ostendunt, qui promisit scientiam boni et mali, quod ad actiones pertinet, et ad gubernationem rerum.

Ad primum ergo dicendum, quod elatio (1) in tantum caecat oculos mentis ut illud aestimetur esse possibile quod^o possibile non est; unde potuit esse ut ad verba serpentis homo excellentiam inordinatae appeteret in communi: ex illo appetitu vero exaeccatus, perversum iudicium de impossibili proficeret, et sic appetitus declinaret ad hunc excellentiae modum. Vel dicendum, quod aquilitatem aequiparantiae (quod impossibile est et cogitari non potest) non appetit, sed assimilatorem quandam, ut dictum est, quam cogitare potuit.

Ad secundum dicendum, quod similitudinem naturalis dignitatis quam in creatione accepit appetendo non peccat sed qua ipse super hoc aliam similitudinem appetit, ut scilicet sicut Deus lumine sua naturae omnia regit et gubernat, ita etiam homo per naturale lumen rationis sibi subdita gubernaret, et seipsum sine adjutorio exterioris luminis.

Ad tertium dicendum, quod homo non appetit mala per experientiam scientiae, sed per iudicium: sed hoc consequentum est ex peccato suo quod malum per experimentum cognosceret; ut sic et daemonis promissio verificaretur completa (2), cuius consuetudo est ut dubiis verbis homines fallat, et ut nomen arbori impositum non frustra videatur.

Ad quartum dicendum, quod ad Dei similitudinem accedendum est, secundum modum et ordinem unicuique a Deo praesumitur; sed qui proprio motu ad Dei similitudinem accesserit, perverse vult esse similis Deo, ut Augustinus dicit in littera: omnis enim peccator appetit similitudinem Dei, cum nihil sit appetibile nisi prout ejus similitudinem habet: sed in hoc peccat, quia quaerit ejus similitudinem inordinate, et in qua quaerenda non est.

Ad quintum dicendum, quod non peccavit in hoc quod scientiam appetit, sed quia inordinate appetit, ut dictum est.

ARTICULUS III.

Utrum mulier gravius peccaverit quam vir.
(2-2, qu. 165, art. 4.)

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod mulier gravius quam vir non peccaverit. Uterque enim elationis virtus peccavit. Sed elatio illa non fuit nisi in hoc quod Dei similitudinem perverse

(1) *Al.* electio.
(2) *Al.* incompleta.

appetierit. Ergo videtur quod uterque idem appetit, et aequaliter peccaverunt.

2. Praeterea, infirmitas peccatum excusat. Sed mulier infirmior fuit viro, propter quod diabolus, ut dictum est supra, cam primo aggressus est. Ergo videtur quod ipsa minus peccaverit.

3. Praeterea, proper hoc peccatum daemonis gravius judicatur quam peccatum hominis, quod eminentiorem cognitionem de Deo habebat. Sed vir magis erat praeditus spiritualiter quam mulier, ut in littera dicitur. Ergo videtur quod ipse gravius peccaverit.

4. Praeterea, regimen mulieris ad virum pertinet; unde et supra dictum est, quod per virum ad mulierem praeceptum delatum est. Ergo videtur quod etiam peccatum mulieris viro imputandum sit, et magis aggravandum.

5. Praeterea, peccare ex consideratione misericordiae divinae, videtur esse peccatum praesumptionis, quae est species peccati in spiritum sanctum, quod est gravissimum. Cum ergo vir peccaverit cogitans de Dei misericordia, ut in littera dicitur, videtur quod ipse gravius peccaverit quam mulier.

Sed contra, peccatum a diabolo pernivit in mulierem, et a muliere in virum. Sed diabolus gravius peccavit quam mulier. Ergo et mulier gravius quam vir.

Praeterea, ad idem sunt ea quae in littera adiuvantur.

Solutio. Respondeo dicendum, quod, siue supra dictum est, non est inconveniens quod duorum peccatorum unum sit altero gravius, diversis circumstantiis consideratis; illud tamen simpliciter gravius dicendum est quod in pluribus sive posterioribus preponderat; illud autem potissimum in quolibet peccato est quod ad peccatum movet, ut prius dictum est; et ideo secundum hoc maxime gravitas peccati attendenda est: et secundum hoc patet quod peccatum mulieris gravius est; mulier enim ex sola elatione mentis ad peccandum mota fuit, vir autem non ex sola elatione, sed simul cum hoc ex quadam amicabilis benignitate ad uxorem, quod aliquis modo peccatum eius mitigat. Item elatio quae movit mulierem, major fuit quam elatio quae movit virum. In muliere enim talis fuit elationis progressus ut ad verba serpentis tantum excellentiae appetitum conceperet ut iudicium rationis perverteret, et crederet hoc possibile et verum quod diabolus dicebat: et propter hoc dicitur esse seducta. In viro autem non tantum exercit in principio amor proprie excellentiae ut iudicium ejus perverteret, quasi crederet hoc esse futurum; sed quia illud vellet, si possibile foret; et ideo non dicitur fuisse seductus: sed tamen talis elatio ad experientiam ipsum inicitur; unde aliquam dubitationem elatio in eo fecit, quae in muliere firmam opinionem conceperat: et ideo etiam voluntas mulieris perfecta consecuta est in appetitum divinae similitudinis; sed viri imperfecta, scilicet sub conditione si possibile foret.

Ad primum ergo dicendum, quod, siue ex praedictis patet, licet id quodammodo uterque appetierit, non tamen aequaliter: quod enim creditur esse possibile, completum desiderium habet, id vero quod impossibile creditur esse (1), vel de eu-

(1) *Al.* impossible creditur esse possibile.

jus possibilite dubitatur, habet desiderium conditionatum tantum: quia homo illud vellet si possibile foret. Quia ergo mens mulieris per elationem ad verba serpentis conceptam intantum exceata est ut illud possibile crederet quod diabolus promittebat, completum desiderium habuit; vir vero incompletum, quia hoc possibile non credidit.

Ad secundum dicendum, quod in muliere non erat tanta debilitas quin peccato resistere posset; unde quamvis debilitas mulieris sit aliqua circumstantia diminuens peccatum ipsius per comparationem ad virum, non tamen simplicer minus peccatum fecit.

Et similiter dicendum ad tertium et quartum.

Ad quintum dicendum, quod cogitare de Dei misericordia cum proposito poenitenti et resiliendi a peccato, non facit praeceptionis peccatum, sed magis peccatum alleviat; sed cogitare de Dei misericordia sine proposito poenitenti hoc praeceptionis est, et contemptus divinae justitiae: nec sie Adam de misericordia cogitavit.

QUAESTIO II.

Deinde queratur de ignorantia de qua fit mention in littera; et queruntur duo: 1.º an ignorantia peccatum sit; 2.º an peccatum excusat.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum ignorantia sit peccatum.
(1-2, qu. 76, art. 2; et de Malo, qu. 5, art. 7.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod ignorancia peccatum non sit. Omne enim peccatum, ut Augustinus dicit (lib. de duabus Animabus contra Manich., cap. 10), est in voluntate. Ignorantia autem est intellectu. Ergo non est peccatum.

2. Praeterea, omne peccatum est origine vel actuale. Sed ignorantia non est origine peccatum, sed magis concepcionis, ut infra dicetur: nec etiam est actuale, quia non est dictum vel factum vel conceptionis contra legem Dei. Ergo ignorantia non est peccatum.

3. Praeterea, omne peccatum consistit in defectu aliquis actus, et non in defectu aliquis habitus: alias aliquis dormiendo peccaret. Ignorantia autem magis opponitur habitui quam actui. Ergo idem quod prius.

4. Praeterea, ignorans in ignorantia sua continuit manet. Si ergo ipsum ignorare peccatum esset, videtur quod confine peccaret; non enim apparet ratio quare magis nunc sit peccatum quam prius. Sed hoc videtur grave dicere. Ergo videtur quod ignorantia non sit peccatum.

5. Praeterea, Augustinus, ubi supra, dicit, quod omne peccatum est voluntarium. Ignorantia autem non est voluntarium, cum ab hominibus naturaliter scientia desideretur, secundum Philosophum. Ergo non est peccatum.

Sed contra est quod 1 Corinth. 14, 38, dicitur: *Qui ignorat, ignorabitur; et loquitor de ignorantia reprobations. Sed nulli debetur reprobatio nisi pro pecato mortali.* Ergo ignorantia est peccatum mortale.

Praeterea, Isaiae 3, 15, dicitur: *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Sed poena non debetur nisi culpea. Ergo carere scientiam, est culpa.

Solutio. Respondeo, quod quidam dixerunt, nullam ignorantiam, quantum in se est, culpam esse, sed ratione alicujus annexi, vel praecedentis vel sequentis: praecedentis, ut cause, scilicet negligentiae addiscendi; sequentis, ut effectus, scilicet alicujus inordinati actus, qui ignorantiam sequitur. Sed quia de ratione culpe non est plus, nisi quod sit privatio alicujus quod debitum est haberi, in potestate eius qui privat, existens; ideo etiam ipsam ignorantiam secundum se possimus culpam dicere; si tamen ignorantiam privative et non negative accipiatur; et dico ignorantiam privative acceptam quae est ejus quidem quod quis natus est addiscere, quidquid sit illud: non enim idem est quod omnes scire tenentur, cum ad plura scienda quidam magis alii tenentur; unde aliqua ignorantia est peccatum una que non est peccatum alteri: unicuique enim peccatum est ignorantia eorum quae ad bonos mores et fidei veritatem pertinent; sed alicui in officio constituto est etiam peccatum ignorantia eorum quae ad suum officium pertinent. Nec est mirum, si hoc ipsum quod est scientia carere, peccatum est ei qui potest et tenetur habere; cum etiam earere aliquo corporali ad officium pertinente peccatum sit, ut tonsura, vel ueste ad officium accommodata; et quod ista in se peccata sint, poena ostendit quae pro eis iuste infligatur.

Ad primum ergo dicendum, quod esse in voluntate contingit dupliciter: vel siue in subiecto; et hoc modo non omne peccatum in voluntate est; aliquod enim est in concepcionib; vel irascibili, et sic de aliis viribus; vel siue in causa, ut scilicet ipsa voluntas sit dominus eius quod in ea esse dicitur, quasi in eius potestate existens; et hoc modo omne peccatum in voluntate est, etiam ignorantia: ipsa enim voluntas imperat aliis viribus et intellectui; unde actus aliarum virium sunt in potestate voluntatis, et defectus earum, scilicet solum illi qui ratione obediunt.

Ad secundum dicendum, quod ignorantia non est origine peccatum (non enim ignorantia imputatur pueri in peccatum, antequam ad tempus peccatum venire), sed est peccatum actuale eo modo quo omissione peccatum actuale dicitur; et eodem modo convenit peccati actuali descripsio ignorantiae sicut omissionis; quod qualiter sit, infra dicetur.

Ad tertium dicendum, quod quamvis scientia, cui opponitur ignorantia, non sit actus qui est operatio, sed habitus; tamen per operationem aliquam quae est in potestate voluntatis acquiritur; et ideo hoc ipsum quod est scientiam habere, voluntati subiectum est; et per consequens hoc quod est (1) scientia carere; et inde est quod culpe rationem habet.

Ad quartum dicendum, quod peccatum omissionis non habet rationem culpe nisi ex hoc quod quod ignorat, ignorabitur; et loquitor de ignorantia reprobations. Sed nulli debetur reprobatio nisi pro pecato mortali.

Ergo ignorantia est peccatum mortale.

Ad quintum dicendum, quod quamvis omnis homo naturaliter scientiam desideret et scientiam velit, non tamen omnes volunt id per quod ad scientiam pervenire; et sic quodammodo ignoran-

(1) *Al.* hoc modo est.

tia voluntarium efficitur, non per se, sed per acci-
dens, sicut et quolibet malum.

ARTICULUS II.

Utrum ignorantia excusat peccatum.
(1-2, qu. 77, art. 5; et de Malo, qu. 5, art. 8.)

Ad secundum sic procederet. 1. Videtur quod ignorancia peccatum non excusat. Primo per hoc quod dicit *Glossa Ambrosii* (1) Rom. 2: *Gravissime peccat, si ignorat.* Sed quod aggravat peccatum, non excusat. Ergo ignorantia non excusat peccatum.

2. Praeterea, qui per ebrietatem hominem occidit, constat quod per ignorantiam peccat. Sed secundum Philosophum in 5 Ethic. (cap. 4), talis meretur duplices mulierations (2). Ergo ignorantia non excusat, sed aggravat.

3. Praeterea, peccatum additum peccato non excusat, sed aggravat. Sed ignorantia peccatum est, ut dictum est supra. Peccatum ergo non excusat.

4. Praeterea, illud quod consequitur omne peccatum, non potest excusare vel alleviare peccatum; quia sic de quolibet excusat. Sed ignorantia sequitur omne peccatum; quia omnis malus est ignorans, secundum Philosophum in 5 Ethic., ut supra.

Ego idem quod prius.

5. Praeterea, ut *Beda* (5) dicit, quatuor sunt poenitentiae quae nos ex peccato primi hominis consequuntur, scilicet ignorantia, infirmitas, concupiscentia, et malitia. Sed malitia non excusat, sed aggravat peccatum, nec etiam concupiscentia. Ergo videtur quod nec ignorantia nec infirmitas.

Sed contra est quod *Apostolus* dicit, 1 Timoth. 4, 15: *Misericeordiam consecutus sum, quia ignorans fici.* Sed nihil provocat ad misericeordiam nisi peccatum excusat vel alleviat. Ergo ignorantia excusat vel alleviat peccatum.

Praeterea, omne peccatum est voluntarium, secundum Augustinum (de duabus Animabus, cap. 10). Ergo quod tollit vel diminuit rationem voluntarii, excusat vel alleviat peccatum. Sed ignorantia est hujusmodi, quia voluntarium per ignorantiam causatur, ut *Philosophus* in 5 Ethic. (cap. 5), dicit.

Ergo ignorantia vel excusat vel alleviat peccatum.

Solutio. Respondeo dicendum, quod ignorantia quaedam ex toto excusat peccatum; quaedam vero alleviat in parte; quaedam vero nec in toto excusat, nec in parte alleviat. Et ad hujusmodi evidentiam sciendum est, quod ignorantiae divisio tripliciter potest sumi. Primo ex parte ipsius scientis, quia quaedam est in potestate scientis, et haec dicitur ignorantia vincibilis, vel affectata; quaedam autem non est in potestate ejus, et haec dicitur invincibilis. Sed hoc quod ignorantia sit in potestate ejus qui ignorat, contingit dupliciter: quia vel est in potestate ejus secundum se, sicut qui ignorat aliquod praecipuum quod statim scire posset; vel est in potestate ejus quantum ad suam causam, licet non in se; ut patet in ignorantia ebrii; quia ebrietas quae est causa ignorantiae, in potestate ejus fuit; non autem ignorantia consequens, cum usus rationis

(1) *Ejus nomine citat veteris Glossa, ex qua desumpta S. Thomas; nova sine cupusquam nomine dat post aliam ex Augustino appendicem, nec omnino est Ambrosii (Ex edit. P. Nicolai).*

(2) *Al. maledictiones.*

(3) *Super Lue. 10 (Ex edit. P. Nicolai).*

impeditur. Secundo sumitur divisio ignorantiae ex parte scibilis. Est enim quaedam ignorantia ejus quod quis scire tenetur, et haec dicitur secundum Philosophum ignorantia universalis, et secundum juris peritos ignorantia juris; et haec variatur in diversis, ut supra dictum est: quia quaedam tenetur scire unus quae non tenetur scire alius. Quaedam vero ignorantia est ejus quod quis scire non tenetur, et haec est scientia particularium circumstantiarum in actu, quia *Philosophus* vocat ignorantiam particularis, juristae vero ignorantiam facti. Tertia divisio sumitur ex ordine ad actum. Quaedam enim ignorantia est quae est causa actus, quia si non ignoraret, non faceret; et tunc dicitur per ignorantiam peccare; et hujus signum est poenitentia de actu (1). Quaedam vero est ignorantia quae non est causa actus, sed per accidens se habet ad actum; et secundum hanc, ut *Philosophus* in 5 Ethic. (cap. 2) dicit, non dicitur aliquis per ignorantiam facere, sed ignorans unde in actu talis non poenitet; ut si aliquis eredens accedere ad unam mulierem, accedit ad aliam, ad quam tamen accederet, si eam non ignorasset. Quaedam vero ignorantia est quae quodammodo affectum peccati consequitur, ut quando ex concupiscentia peccati, quam voluntas non reprimit, absorbetur iudicium rationis de particulari operabilis, secundum quod dicitur in 6 Ethic. (cap. 6), quod delectatio corruptum existimatione prudentiae; et haec est ignorantia electionis, secundum quam omnis malus dicitur ignorans.

His ergo visis, sciendum est, quod ignorantia non excusat nee minimus peccatum nisi secundum quod causat involuntarium: non enim potest esse voluntarium quod est ignorantum. Ignorantia autem quae non est causa actus, non causat involuntarium, ut *Philosophus* dicit in 5 Ethic. (cap. 2); unde illa nullo modo excusat nec diminuit peccatum; sed solum illa quae est causa actus. Haec autem potest excusare peccatum vel in toto vel in parte. Si enim sit talis ignorantia cui nullo modo admittatur ratio culpe, ex eo quod ignorantia est, sic excusat in toto, sicut ignorantia invincibilis et ignorantia particularis, adhibita tamen debita diligentia. Ignorantia vero quae rationem culpe habet, excusat quidem quantum ad aliquid, scilicet inquantum ignorantia est; quia sic habet quod involuntarium causet; non autem excusat inquantum culpa est, quia sic rationem voluntarii retinet; et ideo ignorantia universalis excusat peccatum sequens non ex toto, sed a tanto. Similiter etiam ignorantia vincibilis, sit sive secundum se vincibilis, sive secundum causam suam, dum tamen rei illictae operam non dederit quando ignorantiam incurrit: si enim operam rei licet dedisset moderate, ignorantia sequens culpam non habet: et ita potest sequens peccatum ex toto excusare, ut patet in his qui exercitio spiritualium operationum in amentiam vertuntur.

Ad primum ergo dicendum, quod ignorans dicitur gravissime peccare, non propter quantitatem peccati, sed propter periculum: quia dum morbum non cognoscit, medicinam non querit. Vel dicendum, quod *Ambrosius* (vel alias Auctor) loquitur de gravitate peccati quod est ignorantia ipsa beneficiorum Dei, quod est gravissimum inter species ingratitudinis, cum scilicet homo beneficium non recognoscit.

(1) *Al. poenitendo de actu.*

Expositio textus.

Quae per tentationem fuerat convincenda vel per rimenda (1), scilicet spirituali morte vel etiam corporali, vel a se, vel a viro, vel a Deo, si de mu-

liere intelligatur, ut Magister exponit.

In eo tanen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale crederet (2). Hoc intelligitur, ut supra dictum est, de veniali ex causa et non ex genere. Putavimus enim quod quia fecit ut uxori morem gereret, quod peccatum suum execrationis causam haberet et veniam de facili acciperet, et hujusmodi seductione causa videtur fuisse elatio mentis, quae ad suggestionem mulieris surrespicit, ex qua voluit lignum yelutum experiri. Cum enim experimentum non sit nisi de dubiis, patet quod ex elatione in quandam dubitationem adductus est ejus rei, puta experimenti ligni vetiti, in quo etiam mulier seducta fuit.

Tribus modis, ut ait Isidorus, peccatum geritur. Videtur quod insufficienter enumaret: quia quadam peccatum est etiam ex concupiscentia, de qua mentionem non facit. — Et dicendum, quod peccatum ex concupiscentia proveniens ad peccatum ex infirmitate reducitur: non enim tunc solum est ex infirmitate peccatum quando aliquis aliquo exteriori impulsu peccat, sed etiam quando per tentationem carnis in peccatum labitur.

Quae etiam (3) ipsa peccatum est. Hoc verum est si sit eorum quae scire tenetur: alias non: quia etiam habere voluntatem non sciendi geometriam, peccatum non est ei qui illam non profiteretur per officium magisterii.

(1) *Al. convincenda. Perimenda scilicet. Nicolai: convincenda vel perimenda. Perimenda scilicet etc.*

(2) *Textus: Inexpertus enim divinae severitatis, in eo falli putuit ut veniale crederet esse commissum.*

(3) *Subaudi ignorantia.*

DISTINCTIO XXIII.

Quare Deus permisit hominem tentari, sciens eum esse casum (1).

Praeterea queri solet, quare Deus hominem tentari permisit, quem decipiendum esse praescribat. Sed non inquit quidam non infractus, nulli vero non impune essent. Item inquit: Posset Deus voluntatem eorum vertere in bonum, quia omnipotens est. Posset revera. Cur nolit? Ipse novit. Non debemus plus sapere quam oportet sapere. Et quidem secundum animam rationalis fuit homo habens discretionem boni et malii. Scientiam quoque rerum cretarum et cognitionem veritatis quae primae perfectioni congruebat, mox conditus non incongrue accepisse putatur, et ad illam non studi vel disciplina aliqua per intervalum temporis proficisse, sed ab exordio sua conditionis divinitus illam perceperisse.

Quod triplicem cognitionem habuit homo ante lapsum; scilicet rerum propter se factarum et Creatoris et sui.

Fuit itaque homo primus ante lapsum triplici cognitione praeditus: rerum scilicet propter se factarum, et Creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est; eum non ipse Creator vel Angelus aliquis, sed homo omnibus animalibus nouissima imposuerit, ut ostenderetur quod singulariter notitiam homo ipse habuit. Quae enim propter illum creato erant et ab illo regenda et disponenda erant, horum omnium Deus illi et scientiam tribuit, et providentiam atque curam reliquit. Quia, ut ait *Apostolus* (4 Corinth. 9), non est cura Deo de bobus. Quorum aliorumque animalium Deus homini curam reliquit et providentiam, ut dominationi ejus subiecissentur, et ratione ipsius

(1) *Al. materialium.*

(2) *Al. iterum.*